

Libr. 6. de subtilitate.
Lib. 1. de occultis philosoph. cap. 14.
In addit. ad Specul Rubrica de crimine falsi.
Metalla omnia eiusdem esse essentia, sed accidentaliter differre.
Transmut. met. possibilem esse, probatur à simili.
In similia faciliorem esse transitum quam in dissimilia.
Li. 1. de mineral. ca. 7.
Mirabilis metamorphosis.
Georg. Agric. videtur innuere hunc fontem in Istadia esse, prope montem Heclam lib. 2. De Natura eorum quæ sponte profluunt è terra, vbi plura horum exempla. Et ib. sept. de Natura fossilium.

& amplis. Senatu Urbis veneta argentum viuum in aurum conuersum fuisse à pharmacopola Taruisino.
Corn. Agrippa dicit spiritu auri, aut potius eiusdem forma aut parte puriore imperfecta metalla & arg. viuum in aurum verti posse, seque id vidisse & nouisse.
Testatur Ioannes Andreas I. C. suo tempore fuisse in curia Romana Arnaldum de villa noua, & fecisse virgas quasdam aureas, quas permisit submitti omni probationi. Sed quid mirum, si metalla inter se permutari posse, quisquam credat, quæ materia & essentia eadem, solummodo ex accidenti, generationis videlicet loco, & decoctione maiori vel minori distinguuntur, cum idem in arboribus, frugibus & plantis euenire videamus? & certum sit terras, ligna, virgulta, conchyliæ, animalium pelles & ossa in saxa & lapides conuersti aquarum naturalium & sponte profluentium vi, & lapidificandi virtute. At quid lapide & lignis aut animalium corijs ossibusque diuersius, cum toto genere & substantia discrepent. De terra notius est quam ut probare necesse sit: Adferam solum quadam relatu dignissima ex Alberto Magno, qui narrat suo tempore in Mari Danico iuxta ciuitatem Lubecensem inueniunt fuisse ramum magnam arboris, & in eo nidum cum pullis auium qui vna cum arboris ramo & nido in lapidem versi fuerant. Et Fredericum Imperatorem cum audisset fontem esse cui omnia immersa in lapidem verterentur, misisse illuc explorandæ veritatis gratia chyrothecam sigillatam, cuius medietas quum aliquot diebus in fonte mersa fuisset cum parte sigilli, reliqua parte nihil mutata, medietatem aquis immer-

sam